Rodrigo

Carta de venta de dos solares q se compraron en Rioseco

In nomine domini nostri ihesu christi. Notum sit **Didacus sancii et sancius sancii**
omnibus hominibus hanc cartam uidentibus quod ego didacus sancii
et sancius sancii de blascon. et de eluira gomiz
de biçueçes. Vendimus uobis domno rodico abbati de
rio seco et uestro conuentui presentibus et futuris de
nostris bonis uoluntatibus illos duos solares de rio
seco qui fuerunt patris nostri. unum quod fuit marti
castellani. et est in orto uestro. et alium quod fuit pela
gii et est post casam de iohan urson. et accepimus a uobis
in precio unum roncinum pro xx morabetinos. et sumus bene paca
ti de toto precio. Siquis uero de gente nostra uel de alieno
istam nostram uendicionem contradixerit uel desturbauerit aliquo
tempore. iram dei habuit et cum iuda domini traditore in inferno
semper ardeat. amen. et pro uno quoque solare uobis in tali loco
tres solares pectet et regi .c. morabetinos in auro persoluat. Testes
qui hoc uiderunt et audierunt. Egidius comendator de ualeio.
et frater iohannes et frater petrus socii eius. Rodericus petri el mancebo.
Rodericus roderici filius eius. Lupus ordonii de tormes. Magister didaci
de andino. Rodericus didaci de para. Rodericus gutierrii
de loma. Michael presbiter de biçueçes. Fideiussor
rodericus petri el mancebo. In hoc facto fuerunt Vincentius
prior et frater aluarus monachi. Facta carta Sub era M.
CC. L. VIIII. ultima die decembris. Et nos didacus sancii
et sancius sancii fratres damus uobis dopno rodico abbati per

Año 1221

Cerryno

manum nostram. magister didaci de andino qui uos mittat
in dictos solares cum omnibus pertinentiis suis. montes
fontes. entradas et exidas. **Marti diaz dendino.**

In dei nomine. Notum sit omnibus hominibus hanc cartam uidentibus
quod ego marti diaz de andino per mandatum didaci
sancii. et sancius sancii filiorum sancii de blascon et domne
eluire gomiz de biçueçes mitto domnum uincentium
priorem de rio seco iubente domno rodico abbate suo in so
larem martini castellani qui est in orto monasterii. et in illum
sollarem pelagii qui est post casam martini urson. Testes qui
hoc uiderunt et audierunt sunt. Iohannes andree de medina presbiter.
Martinus presbiter de uilla lain. Dominicus iohannis presbiter de an
dino. Dominicus sancii miles de encinellas. Didacus fernandi
de andino. Martinus iohannis de uilla lain. Pascasius filius
iohannis roderici. Iohannes fernandi. Iohannes petri uicini de rio seco.
hoc factum est presente abbate Sub ERA M. CC. L. VIIII. I die ianuarii.

Posesion del solar de los belascos Rioseco

Rodrigo Ab

Prior de Rioseco Vincentius.

A. 1221

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris **Didacus sancii.**
Quod nos didacus sancii et sancius sancii filii de san
de uelascor et de don eluira gomiz de nuestras bonas
uoluntades uendemos abat don rodrigo de rio seco
e a tot uestro conuento el nuestro solar que fue de [illegible]
urson cerca el uuestro uerto de una part. et ex alia parte
de la carrera el solar de pedro pedrez. por duas mo
las bonas que fueron preciadas .c. morabetinos alfonsis et somos

Rodrigo Ab

carta de venta de un solar de los de lascos Rioseco + de los de la yglesia de s. millan y de otros que es todo el valle de entrambas p[ar]tes del agua de el Rio Seco y la heredad de la puente y la vina del soto